51

Ille mi par esse deo videtur,
ille, si fas est, superare divos,
qui sedens adversus identidem te
    spectat et audit

dulce ridentem; misero quod omnis
eripit sensus mihi, nam simul te,
Lesbia, aspexi, nihil est super mi
    ‹postmodo vocis,›

lingua sed torpet, tenuis sub artus
flamma demanat, sonitu suopte
tintinant aures, gemina teguntur
    lumina nocte.

Otium, Catulle, tibi molestum est;
otio exultas nimiumque gestis;
otium et reges prius et beatas
    perdidit urbes.

52

Quid est, Catulle, quid moraris emori?

51, 1. *mi* G^2 (in ras.) R^2 D θ: *mi(c)hi* V | *par* D^2 θ: *impar* V   3-4. *te* | *spectat* G^2 R^1 D: | *te spectat* V   5. *quod* X^2 m^2: *que* V   7. *super mi* X: *superema* D^2 *suprema* Ven. Parm. Calph.   8. *postmodo vocis* supplevi om. V: *voce locuta quod* D^2 *loquar amens* Parth. *Lesbia vocis* Friedrich *vocis in ore* Ritter *in pectore vocis* Pleitner *vocis amanti* Meissner *gutture vocis* Westphal   10. *flamma* R^1 D: *flamina* V   11. *tintinant* G R^2: *tintinnat* R m *tintiant* O | *aures, gemina teguntur*: *aures geminae, teguntur* distinxit Schrader   12. *lumina*: *limina* X | post hunc versum sunt qui vel lacunam vel novi carminis initium esse censuerint   13. *Catulle* R^2 D^1 θ: *catulli* X D (?) *catuli* O
52, 1. *emori* η Ven. Parm.: *mori* V

51

Quello mi sembra simile a un dio,
quello mi sembra superiore agli dei – se non suona bestemmia –,
perché, seduto innanzi a te, senza scomporsi,
ti vede e ti ascolta,

mentre dolcemente sorridi; a un tuo sorriso invece io
    miseramente
mi sento tutto svenire, perché non appena
ti scorgo, o Lesbia, non mi rimane neppure
‹un filo di voce.›

Si paralizza la lingua, una sottile folgore
per le membra mi scorre, mi ronzano le orecchie
di un interno suono, mi cala sugli occhi
duplicata la notte.

Lo stare senza far nulla, o Catullo, ti danneggia;
stando senza far nulla ti esalti e ti ecciti troppo;
lo stare senza far nulla ha rovinato un tempo sovrani
ed opulente città.

52

E allora, Catullo, perché tardi a morire?

51, 1-16. Sapph. 31 Lobel-Page   9. Lucr. III 154 sqq.   15 sqq. Ieremias de Montagnone, Compend. moral. notab., pp. 3, 4, 8: *Catulus c. 5: «ocium et reges et beatas perdidit urbes»*
52, 1. Hor. Carm. III 27, 58